Habemus ex statutis provinciatibus quod in illis quinque festivitatibus divina officia publice celebrentur, tamen interdicto durante mortuorum corpora tradi non debent Ecclesiae sepulturae, aut sacra alias tempore interdicti ministrari prohibita aliquatenus ministrentur. Verbum autem Dei publice et pulsu precedente seminetur, tali interdicto non obstante.

Item sani et infirmi ad poenitentiam et confessionem admittuntur, excomunicatis et interdictis exclusis.

Item in fraternitatibus S. Martini, Barbarae vel alijs si privilegiatae sunt, et se ad hoc extendunt, serventur eorum privilegia secundum quod sonant.

Sequitur Unio trium Capitulorum Praepositurae Aschaffenburgensis.

Nos Bertholdus in Montadt, Eppreschinus in Rodgauu, Joannes in Dubergauu Decani, usque fratres iam dictorum Capitulorum Moguntinae Diocaesis et Praepositurae Aschaffenburgensis attendentes, et de lucidae rationis oculo perpensius considerantes, Quod nos qui secundum Evangelium Mathaei sumus vel saltem esse debemus lux mundi et duces caecorum ab eis quos illuminare, ducere et dirigere in viam salutis deberemus, proh dolor spernimur et conculcamur, ita quod privilegia et libertates nostrae, et aliorum clericorum tam maiorum quam minorum infringuntur in plerisque, et clerus maxime succumbit duricieri Laicorum. Ut igitur Deo cooperante, qui secundum Psalmistam in se sperantes eligit electos huiusmodi duricieri, conculcationi, et oppressioni, aliquatenus tamen praemuniti armis iustitiae resistere valeamus. De communi omnium nostrum voluntate et consensu, fraternitatem in simul condiximus, nostraque praedicta Capitula unimus vinculo indissolubilis charitatis, ita ut secundum Apostoli consilium, alter alterius onera portantes, si quod absit, aliquis vel aliqui casus uni vel aliquorum alteri personae vel personis Capitulorum nostrorum eveniet vel evenerint, de quo vel de quibus, capitulum, vel capitula personam

vel personas grauari contigerit, vel indebite seu contra iustitiam molestari nos mutuo astare et vnanimiter defendere contra quascunq personam, vel personas Eccl.cas vel mundanas

Solenniter et stipulando promittimus, et presentibus ratificamus vt multorum manibus alleuietur onus, iuxta verbum Sapientis. Super quo vel quibus per Decani, Camerarij et si necesse fuerit Diffinitores, qui pro tempore fuerint, predictorum nostrorum Capitulorum, temporibus, et locis opportunis requirantur, qui de superiorum nostrorum consilio pariter et auxilio talem vel tales casus vel euentus discutiant, decidant et rectificent, sicut decet honorem clericalem, pro vt melius et salubrius poterit ista vice, et vt omnis suspicio et conspiratio dolosa tollatur, volumus vt per hanc nostram ordinacionem Rx.dis in Chro Pribus et Dnis nostris Archiepo Moguntino, Praeposito Ecclesiae Aschaffenburgen, vel eorum iudicibus in aliquo non derogetur, per obedientia debita et condigna ab omnibus nobis fideliter obseruetur. Ne igitur hanc nostram laudabilem ordinationem obliuio deleat aut importunitas forte malignantium confringat, presentes tres super eo conscribi fecimus Capitulorum quorum nostrorum predictorum sigillis communiri in testimonium et robur omnium premissorum. Actum et Datum Anno Dni Millesimo, Trecentesimo Sexagesimo Nono, quinta feria ante festum B. Martini Epi proxima.

Haec que sequuntur conclusa sunt cum consensu omnium confratrum Capitulariter congregatorum.

Primo quisque fratrum aliquem sanctorum in patronum eligat, et precipue patronum suae Ecclesiae, seu sui Altaris.

Secundo et (per de consensu singulorum) vt obloquia, molestationes, detractiones, tam absentium quam presentium deuitent, item pocula enormia, ac alia inhonesta, et Dei et Sanctorum deiurationes et blasphemias.

232

I
ij
bus
Sic
Deffu
Quarto
debent
et ibidem
nar pie tra
Quinto delinq
poenis p a
Sexto, si vero
bellem ac oio indiscretum contra fris
et articulos, atq inemendabilem se redde
ret, de consensu alior, debat a consortio
et fraternitate huius modi, et non pter poenam
penitus secludi.
Septimo post mortem alicuius fris qsq
alior viventium, tenet et debet legere
tricesimum p salute fris defuncti
Qui pt legi interpellatis vicibus non
obstantibus feriis, Missis peculiaribus,
heat tn memoriam fris defuncti
cum collecta speali.
Octavo debet fieri requisitio frum de
statuto in exequis fris defuncti et ibidem
cum officiis et offertoriis et luminatibus
devote exeq, cum speali memoria ad
populum p aia fris defuncti, et oim
frum defunctor. Aiae p piam
miam Dei requiescant in S. pace,
ad quam nos p ducat q sine fine
vivit et regnat. Amen.

Incoepta et absoluta haec statuta ex
originali transcribi. 15. 10bris Ao 1587
p me M. Henricum Sotirian p
tpe indignum aiar Curatorem
oppidi Steinheim.

231 vel personas grauari contigerit, vel in
debite seu contra iustitiam molestari
nos mutuo astare et vnanimiter de-
dere contra quascunq personam, vel
sonas Eccl.cas vel mundanas
Solenniter stipulando
timus, et pntibus ratificamus vt in
manibus alleuiet onus, iuxta
Sapientis. Super quo vel q
cani, Camerarij et si neced
finitores, q pro tpe fuerint
Capitlr, temporibus, et loc
requirant, q desup
lio pariter et auxilio
casus vel ex[illegible] di

233